

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Signa fortium. Emblema XXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Signa fortium.

EMBLEMA XXXIII.



DIALOGISMVS.

QUAE te causa mouet volucris Saturnia, magni
 Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?
 Hoc moneo, quantum inter aues ego robore praesto,
 Tantum semideos inter Aristomenes.
 Insideant timida timidorum busta columba;
 Nos aquila intrepidis signa benigna damus.

COMMENTARII.

I. **I**N sepulchro magnifico sumptu erecto
 sedet regina auium aquila, ex p̄asis alis,
 volanti similis, nota fortitudinis, strenu ita
 tis, & intrepidi animi. Editio Rouilhana
 in sepulchro insculptā habet epigraphē,
 D. M. Aristomenis. hoc est: *Dij's manibus
 Aristomenis.*

II. **HOC** ex epigrammatōn Græcorum

libro 3. sumptum pulchre est æmulatus,
 quo sub nomine Aristomenis Imperato-
 rem Carolum V. celebrat, alluditque aper-
 tē ad aquilam, quam in scuto habuit, &
 imperiali stemmate, quæ fortitudinis no-
 tam præ se ferat. Ea enim vt dignitate cæ-
 teris auibus antecellit: ita ille Princeps a-
 lios & fortitudine & splendore nominis lō-

*Aquila
 pro stem-
 mate Im-
 peratoris.*

M + gē

gd antecedit: Hæc quidem Minos, sed non immeritò cum Pignorio dubitamus, quomodo Alciatus potuerit celebrare tumulum Caroli V. cum Carolus obierit anno 1558. Alciatus verò anno 1550. Sed Poetis aliquando licitum est etiam viuis tumulos erigere, præfertim ijs, quos in Deorum numerum inferere properant. Epigramma est Antipatri *εις ἀνδρείους*, quod huc adscr. bere non piger:

Emble-
matis fcs.

ὄρνι Διὸς κρονίδαο διάκτορε, τεῦ χάριν ἔσας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλα τύμβον ἀριστο-
μύτης;
ἀγγίλα μερόπεσσι, ὅδ' ἔνεκεν ὄσον ἀριστο-
οίωνων γενόμεαν, τόσον δ' ἠμιθίων.
δαίταιοι δαίταισιν ἱερδρήσουσι πύλαιαι.
αἶμα δ' ἀπίσοις ἀνδράτι τέρπόμεθα. hoc est:

Nuncia fare Iouis, præpescq; volatibus ales,
Cur magni ad tumulum sidis Aristomenis?

Hæc homines moneo: volucrum quantum optima viuo,

Tantum hic heroas optimus inter erat. Stiparint pauidæ timidorum busta colūba, Ast ego delector fortibus usq; viris.

Auis Iouis Saturnij nūcia, quam ob causam stas

Ferox, sup magni tumulo Aristomenis? Nuncio hominibus, quod quantum præstantissima

Volucrum sum, tantum hic semideorum [fuit.]

Pauidæ quidē pauidis asidebūt columbæ, Nos autem intrepiditis viris delectamur.

Fare age qd sedas Iouis ales nūcia pernix Magnanimi tumulum trux ad Aristomenis?

Nimirum quantum alitibus sum robore præstans,

Tantum semideis præstitit ille viris.

Sic bustis pauidū pauidas decet esse colūbas: Nos verò intrepiditis signa superba sumus.

Antipatri exstat Epigramma cetè nobile in Platonis, diuini hominis, tumulum, cuius animam ad sepulchrum è cælo allapsam in speciem aquilæ dicit:

αἰετε, τί με βιβηνας ὑπὲρ τάρον, ἠτι-
νός, εἰπὶ

ἀσπερόεντα θεῶν εἶκον ἀποκοπίεις;
ψυχὴς εἰμι Πλάτωνος ἀποπταμύνης ἰσ-
θλυμτων

Platonis
tumulus.

εἰκὼν σῶμα δὲ γυνή γλυκερὴ ἀτ' δὲ ἔχου
Cur aquila ad tumulum hunc volitas, dic? nunquid ab astris

Hic habitare Deum fortè aliquem intulit ei?

Imò anima extincti sum diua Platonis, Olympum

Quæ colo, sed corpus terrigenum Attica habet.

His non abfimile est illud Marulli de Agefilao:

Nuncia magnanimi volucris Iouis, ede Agefilai quid urna

Inuicti rostro culis Agefilei?

Ipsa inter volucres quantum caput essero, tantum

Mortales omnes cedere Agefilao. VOLUCRIS Saturnia] Aquila, quasi dixeris Iouiana; nam & Iupiter dicitur Saturnius à Saturno patre. Virg. in 4.

Nec Saturnius hæc oculis pater accipit a quis.

Sic apud Homerum multis in locis προιδης. Cur autem aquila Ioui sacra, diximus supra Emblem. 4.

Ardua] sublimis, erecta, eminens.

Magni Aristomenis] id est, Caroli Quinti, quem nomine Aristomenis appellat.

Aριστομύνης, optimæ mentis hominem sonat, ait Pindari scholiastes. Er Paulanias in Messen. eum Græcorum omnium optimū Apollinis oraculo indicatum refert; quod & alicubi confirmat D. Hieronymus. Sed Aristomenis historiam, quoniam multis est incognita, paulò laetius quam pro operis instituto narrabimus, quam credo legētib; non fore iniucundam. Scripsit illam Rhianus Renæus Græcis carminibus, in quib; Aristomenes nihilo fuit ignobilior, quàm in Iliade apud Homerum Achilles. Paulanias in Messeniæ, Rhianum secutus, latissimè commemorat hanc historiam; nos autem multa præfidentes, quod ad Aristomenem attinet, prosequemur. Fucrun; igitur inter Messenios & Lacedæmonios certis de causis acerrima odia, bellaq; plurima, in quibus equo Marte pugnatum est. Tandem post continuos viginti annos in bellis exhaustos (vt Tyrthæus canit) Messenijs deuictis tales leges imposuerūt Lacedæmonij. Primum iureiurando eos astringunt, ne vel vnquam à Lacedæmonijs deficiant, vel aliàs noui quidpiam moliantur, Deinde vt de omnibus frumentis, quæ

Agefilai
tumulum.

III.
Iupiter

Satur-
nius.

Aristome-
nis histo-
ria ex
Pausa-
nia.

Aristome-
nis histo-
ria ex
Pausa-
nia.

quæ agricultura comparantur in hominum alimoniam, dimidiam partem in Spartam ferrent. Decretum item est, ut ad funera regum, aliorumque; qui qui magistratū gesserunt, tum viri ex Messenia, tum mulieres, pullis induti vestimentis accedant. Itaque tantis oppressi ærumnis Messenij, cum nihil humanitatis in posterum à Lacedæmonijs sperarent, satius esse duxerūt in acie cadere, aut tota Peloponneso eiectos fugere, quàm hæc pati. Deceuerunt itaque deficere. Urgebant eos non leuiter adulescentes quidam, rerum quidem bellicarum imperiti, magnitudine tamen animi præstantes, qui in libera patria mori malent, quàm aliàs beato etiam. seruitio frui: Inter hos fuit & Aristomenes, cæteris nobilior: Nam cum eius matre Nicorelea Genium aut Deum serpentis specie autem rem habuisset; putabatur tamen Pyrrhi, aut Nicomedis filius. Hic florens ætate, excelsoque præditus animo magistratus ad defectionem sollicitus: confertur prælium: victoriam neutri manifestam sunt consecuti. Aristomenem verò plura facinora edidisse fama est, quàm de vno viro credi possit, adeo ut finita pugna regem cum elegerit: Fuit enim oriundus ex genere Apytidarum. Cum regnum detrectasset, eum exercitus imperatorem designarūt. Qui ut teneret Lacedæmonios, profectus noctu Lacedæmonem, ad templum Palladis Chalcicæi clypeum suspendit, cui inscriptum fuit, *Aristomenes de Spartanis Dea dicauit*. Lacedæmonijs redditum fuit oraculum, ut consiliarium Atheniensem acciperent. Athenas itaque mittunt, qui oraculum nunciarent, & virum peterent. Athenienses verò cum nolent nec res Lacedæmoniorum crescere, neque Deo refragari, Tyrthæum ludimagistrum, qui & ingenio minime valere putabatur, & altero pede erat claudus, Spartam mittunt. Profectus est Tyrthæus, magistratibus & militibus elegiaca & anapestica fecitque carmina, quibus eorū animos ad bellicam laudem excitabat. Itur in bellum: Anaxander Spartanorum rex erat, Aristomenem legionarij ex Messenij octoginta selecti comitabantur, qui contra Alexandrum & principes Lacedæmoniorū impeterrito animo irruentes, vulneraque; excipientes, audacia & tempore Anaxandri milites fugabant. Hos ut insequerentur alij Messeniorum

præcepit Aristomenes, ipse autem factio in alios impetu, qui maximè resistebant, ipsdemque vi repulsis, ad alios rursus est conuersus: Cum hos quoque absque mora pepulisset, alacrius iam in eos, qui adhuc resistebant, intravit, donec totam Laconum aciem perturbauit. Cum verò non sine turpitudine fugerent, & vim sustinere non possent, horribilius eos, quàm pro vnus hominis furore insequeretur: Ibi ne pyrurum siluestrem in campo enatam cursu præterveheretur Aristomenes, prohibuit vates Theoclus; ad hanc enim Castorem & Pollucem dixit subsedis. Aristomenes autem cum effrenatè ferretur, pyrurum præterlapsus scutum amisit; quod dum quaerit, multi Lacedæmoniorum fuga salutem quaesierunt. Post acceptam cladem, cum esset animus abiectus Laconibus, nequiam amplius arma sumere statuisent, Tyrthæus recitatis elegis persuasit eis, ut arma non abijcerent, sed bella caperent. Aristomeni autem Andamiam reuerso coronas & fruges iniecerunt mulieres, canticum huiusmodi concinentes:

In medium campum Stenyclerion, & iugum montis

Spartanos sequitur fortis Aristomenes:
Aristomenes posthæc Delphos est profectus; cumque ex Bœotia rediret, in templo Trophonij, reuelante Pythia, inuenit scutum, quo accepto maiora continuo est aggressus: namque obseruato vespertino tempore in oppidum Pharis Spartanorum peruenit, indeque occisis, qui repugnabant, prædam ingentem abegit. In itinere autem, cum quidam Lacedæmoniorum grauioris armaturæ milites, & rex Anaxander irruerent, in fugam eos vertit, & Anaxandrum est insecutus: sed iaculo in coxendice grauius vulneratus receptui cecinit; non tamen prædam sibi, quam abegerat, extorqueri passus est. Postquam è vulnere conualuit, cum veller in Spartam irrumperet, Helena prodigijs & Dioscurorum noctu est prohibitus. Virgines deinde, quæ in honorem Dianæ in Caryjs saltabant, per insidias cepit, quarum patres opibus & autoritate valebant. Perductis his in Messeniam vicum quendam, noctem illam quiet, & militibus & manipularibus virginum custodiam demandauit: Ibi petulantes adolefcentes ad violandas virgines impellebantur, urgebantque; propositū vel renu-

Canticum Aristomeni cantatum.

Aristomenes virgines capio.

Aristomenis parentis.

te Aristomene, tanquam Spartanis viris solum inferrent iniuriam. Et adeo res processit, ut cogere Aristomenes quosdam eorum interficere. Deinde virgines illas magna pecunia redemptas dimisit. Est in Laconica Egila, ubi templum Cereris est, ibi festum celebrari à mulieribus cum sciret Aristomenes, illuc cum militibus intruit: Sed cum mulieres non sine numinis auxilio ad defensionem prouiderent, multos Messeniorum & gladijs, quibus victimas secabant, vulnerant, & veribus, quibus assabant, transfugunt, Aristomenem verò facibus percussum viuum capiunt. Ut autem vinculis elaberetur, Archidamia Cereris sacrificia in causa fuit, quæ eum illa nocte dimisit, non largitionibus corrupta, sed eius amore correpta: Excusauit autem fugam, tanquam perustis vinculis Aristomenes euaserit. Tertio belli anno, cum praelium esset committendum ad fossam magnam, & Arcades ex omnibus simul oppidis Aristomeni misissent auxilia, Aristocratem Arcadam regem, & illo bello ducem Lacedæmonij pecunia corruerunt. Aristocrates accepta pecunia primò Arcadas celauit quid esset facturus; cum verò ad manus iam essent venturi, eos perterrefecit, tanquam & angustijs forent comprehensu, & si vincantur, recedendi copiam nullam sint habituri: Sacrificia insuper inauspicata fuisse asserit. Quemlibet igitur iussit sibi fuga consulere, cum primò ipse signum daret. Cum verò intulissent se iam hostibus Lacedæmonij, & contra nitentur Messenij, sub initium pugne Aristocrates subduxit Arcades: Itaq; sinistrum cornu, & medium agmen destitutum est præsidio. Aristocrates flagitium flagitio addidit, fugit enim per mediam aciem Messeniorum. Quare Messenij cadebant animi, & Arcadam transensu erant perturbati, & quidam eos, ut manerent, suppliciter orabant, quidam cõuitis aduersus eos tanquam proditores, & iniuria sunt vsi. Lacedæmonij destitutos auxilijs Messenios facile circumdant, superant, fundunt. Ex Messeniorum vulgo multi ceciderunt, ex principibus etiam non pauci. Aristomenes, qui in illa pugna magna cum laude pugnaerat, sed frustra, propter paucitatem, collegit Messenios palantes, quibus persuasit, ut mediterranea oppida desererent, & in Iram montem commigrarent. Hunc ita

que in locum cum se contulissent, eos obfidione Lacedæmonij cinxerunt, quibus Messenij per vndecim annos resistunt; nec solum resistunt, sed multis incursionibus in agros Lacones exercuerunt, iumenta abigendo, messesq; Laconicas comburando. Fecerunt & irruptionem in oppidum Amyclas noctu, cepitq; illas Aristomenes, & diripuit, æream Spartani spectias ferre possent. Deinde cum totam regionem deuastaret, obuiam factus est Lacedæmoniorum manipulis, & duobus regibus, commissosq; praelio vulnera inter pugnam tum alia accepit, tum caput eius lapide est ictum, adeo ut tenebræ oculis offunderentur. Prostrato eo Lacones frequentes accurrunt, viuumq; capiunt. Ceperunt item ex eius militibus circiter quinquaginta. Hos omnes Lacedæmonij in Cæadam (Barathri id nomen erat, quò Lacedæmonij nocentes præcipitabant) abijciendos censuerunt. Ceteri Messenij deieci in Cæadam continuo perierunt, Aristomenem autem tum quoque, ut antea, deorum aliquis conseruauit: Aiunt enim aquilam volatu se submisisse, alisq; illum sustinuisse, donec ad finem Barathri perueniret illatus. Hic iam Aristomenes, scies fatale esse hominibus ut morerentur, obuolutus pallio, forti & imperterrito animo mortem expectabat. Tertio autem die post, cum strepitum sentiret, facie detecta vulpem cadauera corrodentem conspexit, quam tacitus fuit ad se accedere, eamque ut accessit cepit, & altera manu chlamydem mordendam bestia obijciebat, ne laderetur; fugere volentem sequabatur apprehensa cauda per tenebras: cumq; in loca transitu difficilia esset peruentum, à bestia est auulsus. Tãdem & cauernam quandam deprehendit, & per eam luminis splendorem vidit, tunc vulpem dimisit, cauernamq; latioribus manibus reddidit, domumque in Iram montem incolunt euasit. Ex templo Lacedæmonij est per transfugas nunciatum, viuere Aristomenem; huic rumori non plus fidei est adhibiturum, quam si mortuus suis viribus reuixisset diceretur. Dum hæc aguntur, Corinthij Lacedæmonij mittunt exercitum ad expugnandam Iram. Cuius rei cum Aristomenes esset factus cecior per exploratores, nocte sopora securos & palantes, nec excubias agen-

Mulieres
Aristomene
nã capiunt.

Elabatur:

Aristocrata
res proditor.

Aristomene
securo
ad caput.

Seruat
per vulpem
& elabatur.

tes

tes Corinthios trucidat, vna cum ducibus, spoliisque diripit. Quae res effecit, ut Spartani crederent Aristomenem viuere. Lacedaemonij post haec quadraginta dierum iudicias cum Irg incolis pepigerunt, & idsi quidem domum reuersi festum celebrarunt; Cretenses autem sagittarij per Messeniam passim vagabatur. Aristomeni igitur ab Ira propter inducias legitis profecto, & securè vaganti, septem sagittarij insidias struxerunt: & captum loris, quae in pharetris habebat, constringunt; duo vero Spartam proficiscuntur, Aristomenem captum nunciaturi, reliqui Agellum Messeniae vicum petunt. Habita bat ibi quaedam puella cum matre, patre orbata, haec nocte praeterita per quietem viderat leonem vinculum, & vnguibz destitutum à lupis in agrum earum esse perductum, ipsa verò viculis leonem exolebat, vnguesque restituebat; & sic lupi dispersi à leone sunt visi. Tunc autem adductu à Cretensibus Aristomene, intellexit virgo, re vera sibi offerri, quod noctu antea apparuisset, & quis esset, matrem inter rogauit. Ut rem percepit, Cretensibus vinum infudit liberis, qui cum fuissent inebriati, pugionem ab eo abstulit, qui maxime somno erat oppressus; & sic Aristomenis vincula rescuit virgo. Aristomenes autem arrepto gladio Cretenses interfecit. Hanc postea virginem duxit uxorem Gorgus Aristomenis filius: hoc enim modo praemia persoluit Aristomenes puellae pro seruata vita. Undecimo autem obsidionis anno fatale iam erat tum Iram capi, tum Messenios sedibus eiciendibus: bat enim Aristomenes huiusmodi oraculum:

Cum Neda curuius agas ex te caper hauserit vndas,

Non ego Messeniam tuam, quae sita propinqua,
 (Neda fluvius est, cuius fontes sunt in Arcadia, Messeniamque ab Elaeis determinat)
 Timebant itaque Aristomenes & Theoclus vates (quibus datum fuerat oraculum) ne capri ex Neda biberent. Sed cum vates Theoclus iuxta Neda ripas ambularet, contempsit caprificum, quae summis folijs radebat aquas; hanc Graeci Olynthum nominant, Messenij Tiagum, id est, caprum. Unde vates coniecit, id voluisse Deum significare, instareque iam fatum Messenij. Id significauit Aristomenes, reliquos Messenios eclauit. Habebant nescio quid in oc-

culto Messenij, quod si euanesceret, futurum erat ex oraculo, ut tota Messenia submergeretur; sin verò id conseruaretur, fore ut regionem aliquando Messenij recuperarent. Id cum certo sciret Aristomenes, oracula nocte asportauit; & in monte Ithoma defodit, vbi maxima erat solitudo; Iouemque & reliquos Deos, qui Messeniam usque ad illa tempora seruauerant, adhibuit custodes. Posthaec nocte quadam procellosa custodes deseruerunt praesidia, id cum per pastorem quendam intellexissent Lacedaemonij, eadem nocte per tenebras inuadunt Messeniorum arcem. Quod cum percepisset Aristomenes, venit cum Gorgo filio, Theoclo vate, Mazielo Theocli filio, & alius nocte quidem nihil memoria dignum ab vtrisque est gestum. Orta autem luce, cum inuicem se aspiceret possent, Aristomenes Messenias oraculum propala uis; qui in extremam desperat omnem adducti, in Lacedaemonios quo quisque potuit modo, impetum fecerunt. Messeniae item mulieres correptas regulas & saxa, aliaque in Lacedaemonios iaculabantur, sed imbricium & fulgurum violètia oculos Messeniorum obaecebat: quae omnia Lacedaemoniorum animos erexerunt. Messenii tamen contra fatalem necessitatem totis viribus agebant. Tres itaque dies contra Lacedaemonios steterunt, & totidem noctes, prodijt tandem Theoclus vates, & Aristomenem sic est allocutus: Quid frustra laboras? capi Messeniam prorsus nunc fatale est; vidisti caprificum, Apollo praedixit, mihi communi cum patria mortem Deus inièrat: tu te ipsum reliquosque Messenios serua. Haec cum dixisset in hostes irruit, quos sic est allocutus: Atqui non perpetuo laeti Messeniorum opibus fruamini. Posthaec irruptione in hostes facta multos occidit, & ipse interiit. Messenios à pugna auocauit Aristomenes, quibus praecipit ut se sequerentur, si quem ipse transitum praerberet, Congregatis igitur vxoribus & liberis, in extrema parte posuit filium Gorgum, & Manticum vatis filium, ipse in principio ad hostes conuersus capitis nutu, ac motu hastae significauit se transitum petere. Lacedaemonij ex Hecati vatis consilio aditum patefecerunt, ne rabiosi homines, & ad extremam desperationem perducti supra modum ferocirent. Messenios abeuntes susceperunt Arcades allatis vestimentis & ci-

Theocli vatis interiit.

bis

Aristomenes tertio capitur.

A virginem liberauit.

Neda.

bis, terram insuper cum eis sunt partiti. Post aliquot deinde dies cum & Messenij & Arcades expeditionem occultam duce Aristomene in Lacedæmonios parasent, Aristocrates (quem supra diximus pecunia à Lacedæmonijs corruptum) hoc consilium Lacedæmonijs patefecit. Hoc cum Arcades intellexissent (nunquam enim neque Arcades, neque Messenij proditorem putant Aristocratem) cum lapidibus obruerunt, inséputumq; dimiserunt. Rursus Aristomenes cū quinquaginta Messenij lram montem inuasit, multos ibi Lacedæmoniorum trucidavit, illorumq; triumphum vexit in luctum. Reversus in Arcadiam filium Gorgum, & Manticlum vatis filium cum exercitibus dimisit, terras & sedes quasitum. Gorgus in Siciliam peruenit, & Zenclam urbem occupatam Messenem nominavit. Manticlus insulam Sardoam cepit, habitavitq; Aristomenes Delphos est profectus, quid ei responsum sit, non dicitur. Cū filia deinde se in insulā Rhodum cōtulit, postea Sardis ad Ardyn Gygæ filium. Cūq; ad regem Aphiaortē animo destinasset iter, morbo correptus obiit. Neq; enim debebant Lacedæmonij vlt. a iā clade posthæc ab Aristomene affici. Mortuo Aristomeni Damagetus ac Rhodij monumentum edificarunt illustris, & honores ab eo tempore decreuerūt. Aristomenem item contendunt Thēbanis in Leuctico prælio auxilium tulisse post mortem, & in causa eum potissimum fuisse, vt clade acciperent Lacedæmonij. Hæc ex Paulina. Quibus addimus festuum Marulli epigramma:

*Viderat armatus vni dare terga cohortes
Iupiter; & Mariem credidit esse suam,
Mox ut Aristomenes notis procul agnitus
armis.*

*Et fulsit volucris auxiliariis apex:
Macta aut so inuenis si te mea bella tulisset,
Non alio caelum tunc egisset ope.*

Dignum est relatu quod Plinius lib. 11. Nat. hist. cap. 37. de Aristomene scriptum reliquit: Hinc corde, inquit, gigni quosdam homines proditur, neq; alios fortioris esse industriæ, sicut Aristomenem Messenium, qui centos occidit Lacedæmonios; ipse vulneratus & captus semel, per caucina latomarum euasit, angustos vulpium artus secutus: Iterum captus sopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus

Aristocratis poena.

Aristomenis mors.

Aristomenes corde hirsuto pradius.

lora cum corpore exussit: Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere causa vidē di, hirsutumq; cor repperit est. Idem narrat etiam Crinitus lib. 13. de honest. discip. c. 7. Vide Plutarch. in vita Romuli, & Val. Max. in fine libri 1. cum agit de Lynceō: sed in omnibus codicibus inoleuit mēdū, legendum enim est ibi pro Athenienses, Lacedæmonii. quod clarius est, quā longiori indigeat probatione. Vide etiam Cælium Rhodig. lib. 17. cap. 9. meminit quoque Dion Chrysostom. orat. 35. ferē initio.

Quantum inter aus] Collatio parium. Semideos inter.] Semidei sunt Heroes illustres, & nobiles viri, qui quoniam ad Deorum immortalium naturam quā proximè accesserunt, ab imperita plebecula, & Poetis ipsis (qui vulgarem opinionem velis remisq; consecrati sunt) in numero Deorum relati creduntur: Tales fuerunt illi, quos altero parente Deo, altero mortali prognatos existimabāt: vt Hercules, Æneas, Achilles, &c. Hesiodus:

*Zeus κρονιδης ποιησε δικαιοτερον και
απειον
Α'υδραν η'ραων θεων γινος, ο'ι καλιον των
Η'μιθεος.*

*Iupiter Saturnius fecit iustius & melius,
Virovū herouū, diuinū genus, qui appellantur
Semidei.*

Ouidius 1. Metamorph. *Sūt mibi semidei siluestria numina Fauni.* Et Statius 2. Achill. Reges semideos appellat. Lucianus in mortuorum dialogis sub Trophonij persona: *Τ'ρος*, inquit, *ισιν ο' μιτ' α'υδρωπος ισι, μητε θεος, αλλα ε' συναμφοτερον ισι.* id est: *Heros est, qui neque homo est, neq; Deus, & simul virumq; est.* Mitto quæ Plutarch. de oraculorum defectu disputat, quæq; Diuus Augustinus 10. de ciuit. Dei. c. 21. aliiq; certē multū tetulerunt de Heroibus.

Insidiant timida, &c.] Columbam pro trepidatione & timiditatis simbolo ponere vulgatissimum fuit antiquis. nam & nomen illi apud Græcos τρηφω, hoc idem significat: deducitur enim à τρεφω, quod est trepidare. Homerus enim sic:

Αι δ' ε' βότνη τρηφωσι πελειάσιν ιδμαδ' ομοφα. hoc est:

*Ha pauca greffu similes abiere columbis,
Ouid. 1. attis:
Vt fugiunt aquilas timidissima turba columba.*

Semidei.

Columba pro trepidatione.

Pierius

Pierius Hieroglyph. lib. 22. id scite perspicueque declarat. Est enim columba atis simplex & supra modū pauida, ita vt propter genuinum timorem in summis locis nidificet; admodum salax, fœtui continuò indulget, eaq; nihil fœcūdius, mares more fœminarum ouis etiam incubant & fouēt, ob hæc Veneri facta esse creditur. Aquilæ odiosa, de qua re Varro plurima. Sed colymbina simplicitas in prouerbium abiit.

Columba natura.

Bustum.

Busta,] Sepulchra, tumulos, Iuuenal. Satyr. 3. ---portandum ad busta cadaver. Ouidius Pastorum 5. Compositique nepos busta piabat ani. Et Virgilius: --- seminatq; seruant Busta.

Cicero in Pisonem : Quorum ego furori nisi cessissem, in Catiline busto, vobis duci bus, mactatus essem. Mortuorum cadauera olim cremabant, & cineres, quos religiosè a seruabant, busta dicebantur, quasi com busta, Cicero tamē 3. De legib. bustum pro monumento accipit, vt & Suetonius pro sepulchro.

Aquila in signo Romano.

Nos Aquila.] Aquilam Romanorum rerum dominorum) in signo fuisse, quam plurimi auctores referunt. Neque vero, id sine causa factum conijcio, nam vetusti qui que aquilam auium principem vocitabant: vt Horatius proinde dixerit, ei Iouem permisisse regnum in aues vagas. Obseruabāt enim eius auis præstāriam virium, eam politicam, concinnam, intrepidam, strenuam, liberalem: quæ adiuncta perperud fortem debent Principem comitari. Sed & aquilino nato homines ragios appellarunt, testibus Platone & Pluarcho: ita vt Persę ad regnum nemini aditum liberum concederent, nisi qui ea nota insignis esset; atq; Cyprius ille, quem aquilino naso fuisse memorabant, Pyrrhus etiam Epirotarum Imperator, Aquila cognomen sibi datum à suis libens admisit. Cū enim milites eum Aquilam appellassent: τι γάρ, inquit, & μέλω τοῖς ὑμετέροις ἐπαισι, ὡς περ ὀρνυμένων, αἰρόμενος. Quid verò, non debeo vestris armis, tanquam alis pernicipibus, in altum tolli? Imò verò apud Thebanos Aquilæ vt sacre aues colebantur, vt apud Ægyptios Crocodilli, Ibes, Cynocephali.

Aquila præstātia.

Aquilino naso homines.

Pyrrhus Aquila dictus.


Aquilina era aues quibus.

lam olim rerum successum prosperarum portendisse, sic enim Iupiter omnem optimum cepit, cū sibi aduersus Titanas proficiscenti apparuit Aquila. Prætermitto lubeus quæ proluxa sunt in Xenophontis commentarijs. Certè Aquilam alij referunt. Gordij, pauperis alioqui viri, in curtu per totum diem sessitasse; vnde regnum Phrygię filio Midæ præmonstratum voluit. Cū Hiero admodum adolescens esset, & mediocrium homo fortunatum, primo bello, quod vnquam inisset, Aquila sedit eius clypeo, quod præsagium regni fuisse creditur, Tarquinius Romam migranti Aquilæ pileum è capite abstulit; vnde Tanaquil vxor vaticinorum perita regnum illi portendi coniecit. C. Marius puer Aquilę nidum cum septem pullis in agro reperit; cuius ominis ratio fuit septem Consulatus ostensa. Celebratur & octauij Cæsaris Principatus primū Aquilę ostento notatus. Cū enim aliquando in via Campana pranderet, Aquila ex improviso panem ei de manibus eripuit, & leuiter deinde reddidit. Nec præmittendum quod legitur de Alexandro Macedone, quo recens nato, Aquilę duę in culmine domus per totum diem sedisse dicuntur; quod omen tum primū captum fuit duplicis Imperij, nempe Asiatici & Europæi. Sed hæc dum colligo, ferè non sentio mihi ad reliqua pergendum. Vide Pierium Hieroglyph. 19.

Aquila e mea.

IV:

CAROLI V. laudes celebrat (vt Clau. Carolus dius Minos arbitratur) quem quam aptè V. satis cum Aristomene comparat, satis constabit, laudatus, si quis gesta Caroli cum historia Aristomenis suprafusè enarrat a conferat. Quare non multos ero in enumerandis eius laudibus, ne mihi contingat id, quod sophista cuidam, qui cum appararet recitare librū, & Antalcidæ percontanti, quod esset argumentum, respondisset, Herculis encomiū: Quis, inquit, illum vituperat: Superuacaneum existimans in eo laudando superè operam, quem omnes vno ore prædicat. Hercules autem apud Spartanos religiosissimè colebatur, vt & Carolus apud Germanos; vixit enim is inter homines, vt virtus laudabilis fuerit, mortuus verò hylis iudicentur.



A'ixu